

20. Professio conjugis post consummatum matrimonium facta, ignorante altero, aut sciente, contradicente tamen, minime habet vim voti solemnis professionis, sed simpliciter tantum; modo adhaerit intentio obligandi se independentem a professionis valore: unde ad conjugem reverens non potest debitum petere; & matrimonio per mortem soluto, ab alio debet abstinere. l. 7. d. 34. n. 1. 2. & 3.

21. Non fuit audiendi, qui dicant matrimonium contractum ab hoc conjugis invalide professio, & revocato post alterius conjugis obitum fore invalidum, alii dicunt integram esse hunc, soluto eo matrimonio ad aliud transire; ac dicendum est casu quo id votum castitatis obliget, rem esse hunc culpae lethalis, transiendo ad aliud matrimonium tanquam violatorem voti simplicis castitatis: matrimonium vero ratum esse. n. 4. & 5.

22. Integrum est conjugis abique ejus licentia professio facta fuit sic professum revocare, etsi communi consensu ambo vovissent castitatem: non tamen licet rapere de religione, sed auctoritate judicis contrahere. n. 6. & 7.

23. Affirmare videtur quidam votum illud religionis emissum in ea professione irritum, vim obligandi habere instar voti simplicis ingressus religionis: alii videntur sentire id votum religionis vim obtinuisse obligandi, & revocatione facta per conjugem abique ejus licentia factam est, vim illius amitti, quasi revocatio illa sit irritatio voti: ceterum verius est id votum religionis omnino fuisse irritum. n. 8. 9. & 10.

24. Probabile putant quidam conjugem abique licentia alterius professum, & ab ipso revocatum, teneri post ejus obitum ad religionem redire; sed dicendum est hunc culpae immanem esse, quamvis ad religionem non redeat. n. 11. & 12.

25. Multi licere negant conjugi sine licentia professio, propria auctoritate religionem deserere, altero non reponente: contrarium tamen docendum est; quia conjugis abique alterius licentia post consummatum matrimonium profertur, est reus iniustitiae lethalis, instar rei alienae raptoris. n. 14. & 15.

26. Probabilis est conjugem professum sine alterius licentia, postea tamen consensum praestante professioni, in foro conscientiae posse exire, & ab alio repeti. n. 16.

27. Quando conjugis spoliatus nunquam expresse, aut tacite consensit in spoliationem alterius, plerique affirmant eum professum egredi non posse, altero defuncto: verum ad valorem hujus professionis, non satis est mors conjugis abique nova ratificatione; quare potest hic, scandalo cessante, propria auctoritate fugere, eum non sit vere professus. n. 18.

28. Si conjugis bona fide professus sit, ignorans impedimentum hujus professionis, ratificatur professio esse sola alterius morte, live a facta, live ignorata: fecus si mala fide, tunc enim ignorata morte non ratificatur, sed censetur in priori consensu irritis perferre. n. 19.

29. Quando conjugis professus sciens mortem alterius, qui nunquam consensit, perstitit in religione, convalescit professio, si ille faciat propria professio, sufficientia ad inducendam professionem ratam, animo profertendi de novo. n. 20.

30. Quando spoliatus conjugis, dum viveret, consensit expresse ut professus perseveraret in religione, non potest post mortem exire, quia persistens in religione cum illo consensu alterius conjugis, videtur ratam habere professionem. n. 22.

31. Non potest conjugis in saeculo relicta, altero abique ejus licentia professio, invito professore religionem ingredi, & si ingrediatur potest revocari; quia professio non tenet, nec delictum profertur praestat jus alteri divertendi, quando delictum non est ex his quae licitum est divortium; Nonnulli tamen contrarium tenent. n. 23.

32. Si uterque conjugis mutua licentia non obtenta, proficatur, quando uterque fuit conscientis professionis alterius, valida erit professio, & necari revocatio alterius permittitur. n. 24.

33. Quando licentia profertendi fuit metu cadente in constante virum extorta, potest conjugis in saeculo manens revocare professum, sed si metu tantum levi: hic autem conjugis revocatus non potest petere debitum, licet teneatur reddere: professio vero religionis nulla fuit. l. 7. d. 35. n. 1. 2. & 3.

34. Conjugis qui licentiam profertendi per metum extortit, in foro conscientiae non tenetur ad religionem redire, post mortem conjugis revocantis; nec peccat exiens propria auctoritate a religione: & validum est matrimonium si postea aliud inaeur, peccat tamen hic contra votum simplex castitatis, a n. 4. ad 6.

35. Quando licentia profertendi fuit dolo gravi extorta, similiter poterit conjugis manens in saeculo revocare professum: quod licentiam non praestiterit spontanea, ac proinde jure suo non ceserit, nihil enim magis contrarium consensui quam error. n. 9.

36. Licentia profertendi dolo extorta, est ipso jure, nulla, sicut & professio subsequens irrita est: tamen si conjugis cum ea licentia dolo extorta professus non revocetur in vita alterius, non poterit eo defuncto exire, quod intelligit, si nova ratificatio cum ceteris requisitis adfit. n. 10. & 11.

37. Quando conjugis in saeculo relicta, nec consentum, nec disensum praestitit, sed sciens alterius ingressum tacuit, & dissimulavit, integrum est manenti in saeculo professum revocare; quia sola dissimulatio non est licentia, talis autem professio non habet vim simplicis voti religionis, sed solius castitatis. n. 13. & 14.

38. Si toto vitae suo spatio conjugis in saeculo relicta dissimulavit cum potest reclamare, secundum multostrata efficietur professio, quod per illam dissimulationem, & silentium usque ad mortem videatur consentisse; verum existimandum est professionem ratam non efficiat morte conjugis, nisi nova ratificatio cum ceteris requisitis adfit. n. 15.

39. Conjugis abique licentia, vel cum minus legitima alterius professus, nimirum per dolum, aut metum extorta, non potest revocari a conjugis postmodum fornicanti; si ipse professus innocens sit, quia per adulterium perdidit omnia jus quod in conjugem habebat. l. 7. d. 36. num. 1.

40. Conjugis professio abique legitima licentia, & innocenti, licet resiliat, quando iam constat alterum in adulterium lapsum esse, non obstante sui monasterii contradictione, & potest condonata adulterii injuria uxorem sibi reconciliare; nisi ante professionem fuisset uxor fornicata; tunc enim valet professio, tanquam in nullis praedictum facta; intelligit, si ipse vivit caste ante legitimam professionem, alias compendatur delicta. num. 3.

41. Religiosus fidei professus, non tenetur vere profiteri, ratione sententiae Ecclesiae fundatae in falsa praesumptione, sed ratione scandalum, atque ita eo fugere potest ut scandalum vitetur. l. 2. d. 39. n. 11.

42. Professio non est irrita, quamvis ex dolo, & errore causae finalis fiat, alias minime facienda, licet quidam irritam esse existimant; unde solus error vel dolum circa substantialia irritat professionem, sicut & matrimonium. l. 10. d. 9. n. 18. & 20.

43. Professio uxoris, quae credens falso divortium juste celebratum esse, proferta est, viro jam professo, aut in sacris constituto, valida est, quia non vitatur professio ex falsa causa finali. n. 23.

Promissio.

1. Promissio qualitercumque fiat homini sola mente, non sufficit ad sponsalia, quia est contractus inter homines, utroque utroque obligatorius; mutuaque ac reciprocam promissionem desiderans; quia stante jure positivo, minime obligat promissio interna homini facta. l. 1. d. 3. num. 1. & 2.

2. Quamvis probabiliter satis quidam doceant, attento solo naturae jure, promissionem internam homini factam obligare, quia non implere continet mendaciam; probabilis tamen est nullam obligationem inducere, etiam stando in jure naturali, sed posse libere revocari. n. 4. & 5.

3. Ad sponsalia desideratur promissio mutua: laesit tamen ut altero expresse promittente, aut tacite promittat per aliqua signa, quae ipsius etiam promissionem indicent. l. 1. d. 5. n. 1. & 2.

4. Non caret probabiliter sententia affirmans censendam esse reprobationem sufficientem ad sponsalia, quando alter fidem dedit de matrimonio contrahendo, alter vero non promissit expresse, sed acceptavit promissionem dicendo, placet, accepto, &c. Verius tamen est minime sufficere acceptationem promissionis, ut censetur reprobatio; quia acceptans promissionem, censetur solum acceptare in quantum est in sui favorem; ut alter maneat obligatus, non autem in sui praedictum; ut ipse obligetur. n. 4. & 5.

5. Quando matrimonii promissio fit gratis, & liberaliter, tunc altero acceptante promissionem, nec reprobante, solus promittens obligatur. n. 12.

6. Quando alter post acceptationem promissionis diu distulit reprobationem, & matrimonium perficere, censetur tunc contemnere, atque ita qui promissit, manebit liber ex tacita remissione: verum si gratuita promissioni accedat reprobatio, efficietur vera sponsalia. num. 12. & 13.

7. Si promissio matrimonii non gratis facta sit, sed respectiva, & per modum contractus, necessaria est reprobatio alterius, & dum ea non accesserit, prior promissio non est efficax ad obligandum promittentem, sed potest libere a fide praestita resiliare. n. 14.

8. Ut dicatur promissio gratuita, vel respectiva, intentioni promittentis standum est: in dubio autem censetur quis iuxta sponsalium naturam, quae est ut sit contractus mutuos, & respectivos, promittere. n. 15.

9. Promissio dicitur simplex, seu nuda, seu pactum nudum, quia nec roboratur ex eo quod res promissa sit alias debita, nec onus imponitur, nec firmatur juramento, nec vestitur stipulatione, aut traditione rei. n. 17.

10. Quando res promissa levis est, ejus etiam transgressio venialis est: sed quando ex fractione fidei promissionis simplicis sequitur notabile damnum, tunc transgressio fidei secundum omnes est mortalis, ibi.

11. Quando ex promissione non impleta, nullum aliud sequitur proximo damnum, quam carere illa nota-

v. adul- ter. c. 17. v. consi- tio. c. 49. v. sep. v. crim. c. 5. v. d. 10. v. d. 10. v. d. 10. v. d. 10.

notabilis sibi promissa, quidam ajunt esse veniale, non implere; alii docent ut promissio simplex sub mortali vel veniali obliget, id ex promittentis intentione pendere: verior tamen sententia ait promissionem simplicem acceptatam ab altero, ex genere suo obligare ex iustitia, & sub mortali nisi rei promissa parvitas excuset. n. 18. 19. & 20.

12. Si quis vere non promittat animo se obligandi, & facta sit promissio: vel causa ipsius non exprimitur in promissione, si alia via non confiter de promittentis intentione, & voluntate: vel res sint notabiliter mutatae; in his tribus casibus non obligat promissio num. 21. 22. & 23.

13. Materia gravis in promissione simplici, cujus violatio est mortalis, illa est, quae est quadruplo major, quam in furto, Contra Navarrum. n. 24.

14. Promittens liberaliter unum sacrum animo se obligandi, & omittens, lethaliter non delinquit. Contra Petrum de Navarra. n. 25.

15. Promittens gratis, & non per modum contractus alicui matrimonium quamvis non accedat reprobatio, obligat tanquam promissio simplex, & tenetur sub mortali hanc servare, quia est promissio in re gravissima. n. 26.

16. Promissio, donatio, & quicumque contractus in absentia celebratus, est revocabilis jure communi, & antiquo regio Castellae, ante absentis acceptationem. l. 1. disp. 6. num. 2.

17. Ut promissio, vel donatio, jure communi perfecta, & irrevocabilis sit, non satis est, si aliquis qui audivit donationem, aut promissionem absentis factam, id proprio motu donatario referat, sed requiritur nuncius ad hoc ab ipsonem donante destinatus, vel epistola. n. 3.

18. Non sufficit ut promissio vel donatio irrevocabilis sit, acceptatio donatarii collata in promittentis, vel donantis arbitrium, ut si voluerit accepto, adhuc enim potest revocari, donec absolute acceptetur. n. 4.

19. Decet quidem, mortuo donante ante acceptationem, non posse donatarium donationem acceptare: alii vero censent posse acceptare si notarius nomine absentis, ante donantis obitum stipulatus fuerit; tamen verius est absolute posse, donationem acceptari post donantis mortem. n. 5.

20. Mortuo donatario, negant multi posse ipsius heredes acceptare, sed probabilis est positio, quia illa donatio erit ex parte donantis valida, & perfecta, & heredes personam defuncti representant. n. 6.

21. Quando promissio aut donatio fit praesenti & tacenti, censetur acceptatio; quamvis quidam negent: & ad hoc sufficit praesentia moralis quae tacens intelligit promissionem sibi fieri. n. 11. & 12.

22. Qui promissionem verba accipit veluti dicta per modum hujus urbanitatis, licet taceat, non videtur acceptare, atque adeo potest revocari promissio, quamvis alter vero animo promissit: idem dicendum de eo qui ignorat ex hujusmodi promissione obligationem oriri, quia nullus acceptat nisi quod novit. n. 13.

23. Promissio, vel donatio infanti facta, ut irrevocabilis sit, non requiritur acceptatio: & multi favore pietatis acceptationem promissionis, vel donationis ipsi factae non desiderari docent; licet contrarium sit communius, & probabilius. n. 15. & 16.

24. Si promissio ferretur pro causa ob Dei honorem, ita ut animus promittentis non feratur in rem creatam cui promittit, sed in Deum, tunc valet ut votum, quia est promissio facta Deo. n. 17.

25. Attento jure novissimo Regni Castellae, aliqui censent corrigi jus commune, & obligare promissionem, vel donationem factam absentem ante ejus acceptationem, nec posse revocari, at ut efficaciter executioni mandetur pendere ex acceptatione: tamen multo certius est legem regni voluisse corrigere solemnitatem stipulationis jure civili requisitam: noluisse tamen excludere acceptationis necessitatem. n. 18. & 19.

26. Promissio matrimonii facta absentem nullo pro eo acceptante est revocabilis in utroque foro ante absentis acceptationem: licet matrimonium sit causa pia: num. 24. & 25.

27. Ut promissio matrimonii censetur acceptata, & obliget, sufficit, si fiat praesenti, & tacenti, quia ea censetur sufficiens promissionem acceptatio. n. 26.

28. Si promissio matrimonii fiat infanti, ut si major septennio promittat matrimonium infanti, non requiritur acceptatio, unde promittens resiliare nequit, sed tenetur expectare, donec infans ad septennium perveniat, & si tunc noluerit, manet promittens liber, si vero voluerit, tenetur servare fidem. n. 27.

29. Ut promissio matrimonii absentem facta irrevocabilis sit, oportet, ut absentem intimetur per nuncium, ad id a promittente destinatum vel epistolam; nec sufficit si aliunde certior factus absens acceptet. n. 28.

30. Dum coram nuncio a promittente missio alter acceptat, statim est firma, & irrevocabilis promissio. n. 29.

31. Cum promissio includat actum intellectus ordinantis, & deliberantis, & voluntatis animi se obligandi, & promittendi habentis, duplici ex capite claudicare potest, ne

sponsalia constituant, nempe aut deliberationis, aut propo-

sitionis obligandi; & promittendi defectu. lib. 1. d. 8. n. 1. 32. Quidam censent ut promissio legitima fit ad sponsalia constituenda, non sufficere eam deliberationem, quae ex calore iracundiae procedit, sed requiri plenam, & maturam: verum dicendum est eam deliberationem sufficere, & exigi, quae in materia lethalis culpa sufficeret, ut consensus esset culpa mortalis: modo concurrat legitima aetas nempe septennium. n. 4. 5. & 6.

33. Ut adit deliberatio sufficiens ad mortale, & sic ad votum, & sponsalia, debet praecedere is, qui vivit, aut contrahit, causam, nempe iram, animum, morbi, belli, vel aliam passionem, & amorem impellentem, & finem quem intendit & secundum Cajet. debet conferre id de quo deliberat, cum ejus oppositio. n. 7.

34. Si promittentes animum se obligandi habeant, non tamen implendi; certum est esse vera sponsalia, obligaque: quia obligatio est ipsa promissio animo se obligandi emissa, naturaliter coniungit. l. 1. d. 9. n. 2.

35. Quando promissio omnino facta est & quando deficiat animus promittendi, manifestum est nec esse sponsalia, nec ex vi promissionis obligare, quia vere non est promissio, sed promissio fictio. n. 3.

36. Quando promissio fit animo promittendi, non tamen se obligandi, quidam putant esse vera sponsalia, & ex vi promissionis obligare; sed contrarium est verius. num. 4. & 5.

37. Quamvis in materia levi, non sit in votis potestatem obligare se ad mortale, quia talis voluntas ut facta, & irrationabilis non acceptatur a Deo, cum & praepcepta & leges superiorum non possint ad mortale in re levi obligare: ceterum in quacumque materia gravi, potest se ad solam venialem culpam obligare: unde vel se in sponsalibus ad solam venialem culpam obligare, sunt vera sponsalia; sicut in tali causa esse verum votum. num. 6.

38. Aliqui censent obligare promissionem matrimonii juramento stabilitam, veraque sponsalia constituere, quando adest animus jurandi, & expressus non se obligandi: verius tamen est non obligare ex vi juramenti, aut promissionis, nec esse sponsalia. n. 8. & 9.

39. Promittentem fidei matrimonium & sub ea spe deservantem virginem; quidam censent non teneri ducere, sed satis esse dotem constituere; quia iustitia commutativa tantum petit aequale reddi, potest autem id fieri facisfaciendo pecuniis; & hoc probabile putant quidam Neoterici omnino tamen dicendum est, teneri sub culpa lethali eam ducere. l. 1. d. 10. n. 2. & 3.

40. Idem dicendum quamvis non fuerit mutua promissio, sed vir fidei promissit feminam matrimonium, si se deservantem ei traderet, qui promissioni Virgo invidens tradidit corpus: quia est contractus perfectus, facio ut facias; tunc enim vir tenetur cum ducere. n. 4.

41. In multis casibus non tenetur vir virginem a se deservantem fidei sub spe matrimonii ducere. l. 1. d. 10. n. 2. & 3. si vir non tenetur conditione excedat, & hunc excessum femina noverat. 2. si femina ex verbis, aut aliis claris conjecturis facile poterat fallacem animum promittentis nosse: imo hoc verum quamvis juramentum factum sine animo se obligandi intercesserit. 3. si ex eo matrimonio scandalum magnum timeatur probabiliter, vel malus exitus. 4. si femina decepta virum fingendo se esse virginem, & postea compeniar non esse: vel si deservantem femina cum alio postea fornicetur, a n. 5. ad 13.

42. Si fidei promittens virginem, tantum habere tactus cum, ea non tenetur eam ducere, sed alio modo restituere; quia non est tanta injuria. n. 14.

43. Quando fidei promittens jam non potest feminam deservantem ducere, quia sacris initiatus est, vel alteri matrimonio copulatus est, tenetur illi feminam de nuptiis providere. num. 15.

44. Si factus promissor velit puellam sic deceptam ducere, & parentes ejus nolint, ad nil tenetur; contra quosdam docentes hunc teneri ad dotem constituendam. Ibidem.

45. Quando vir est notabiliter dignioris conditionis, vel alia indicia praebet fidei consensus, ita ut femina facile possit praesumere dolum, aliquid censetur, & satis probabiliter, deservantem ea facta promissione ei aliquid debere restituere, quia dolo deservantem, & subinde in iustitiam admittit: probabilis tamen est ad nil teneri: quia videtur femina libere consensisse in suprum, & se potius decessisse; quam deceptam fuisse. n. 18. & 19.

46. Quando femina ignoravit excessum conditionis, aut si novit, taliter et promissit deservantem, ut prudenter credere potuisset vere promittere; secundum astrictius probabiliter opinantes tenetur factus promissor eam ducere, quia est contractus, & mulier ex parte sua implevit: licet probabilior sententia affirmet teneri restituere, instar vi vel fraudis deservantem, non tamen ducere. num. 20. & 21.

47. Fidei promittens corrupta matrimonium, si corruptionis sit conscientis, & uterque paris conditionis sit, & sub hac spe tradidit femina ei corpus, secundum

probabilior sententiam non tenetur eam docere, sed alio modo potest injuriam compensare: tamen oppositum non est improbabile: & maxime si femina sit vidua bonae famae, inquamque ex copula contraheret, nec aliter posset rescari damnum. n. 22. 23. & 24.

48. Si contrahentes sponsalia aequales sint, & alter vere promittat, alii audent, & probabiliter solum promissorem teneri contrahere: quando nullum aliud praemissorem tenent fidem sequitur damnum, dicendum tamen est non teneri; quia licet peccat contra iustitiam intendens in re gravissima decipere, at quia vera, & coram DEO alter sibi non obligatur, iniustitia illa, & deceptio manet in intentione, nec habuit effectum. n. 25. & 26.

49. Quando fide promittens immunitus est a matrimonio obligatione, potest rogatus iudice negare se promississe, nisi fateatur promissionem, eam intentionem probare nequeat, cogatur ad matrimonium. n. 27.

50. Quoties aliquis vere promittit matrimonio, non tamen tenetur servare fidem ob aliquam causam, ut quia altera fornicata est & cetero juramento negare promissionem, intelligendo, ita ut tenetur: quod non tantum verum est, quoties certa est causa non implendi promissum, sed etiam quando sapsimium iudicio est probabile non teneri servare, potest enim jurare se non promississe, ita ut tenetur. n. 28.

51. Promissio inter imparis de incedendo matrimonio, vero animo facta, sunt vera sponsalia; quia cum contrahens sit dominus rei promissae, & consensu notabilis excessus, videtur velle libere cedere iure suo & excessus donationem facere: intelligit tamen, nisi scandalum magnum ex eo matrimonio probabiliter timeatur. l. 1. d. 14. num. 2. & 3.

52. Iure civili, & regio antiquo Castellae, promissio facti minime obligat nisi in his casibus: 1. si quis suos heredes aliquid daturus, vel facturus promittat. 2. nisi promissio fiat in iudicio. 3. si quis promittat rem pupilli incolumem servandam. 4. si pena adiciatur, 5. quando est promissio facti illius quem promissor cogere potest, ut filii, vel servi. 6. promissio matrimonio alieni valet. 7. si accedat iuramentum. 8. valet iure canonico & ita in materia canonica id ius servandum est. 9. promissio facti alieni in foro conscientiae obligat. l. 1. d. 24. n. 1. ad 9.

53. Attento iure novissimo Castellae, dicendum est promissionem facti alieni obligare, & accipiendum esse hoc ius ut sponsus se affringat ad curandum ut alter efficiat. num. 10.

54. Promittens matrimonium pro absente & inscio, etiam juramento praestito, non est perjury reus, sed tenetur bona fide & absque fraude, & fictione adhibere omnem diligentiam, quam rei qualitas excoisit; quod si alter adhuc nolit, liber manet. n. 11.

55. Promittens factum alienum minime satisfaciendi fidei praestitae, si fide & simulate, ut ipso petendi modo voluntatem parum propterea ad id assequendum iudicet, postulet. num. 12.

56. Si promissor facti alieni negligens fuit, tenetur per seipsum id praestare, quod alius effecturus erat; quod si minime possit, tenetur quantum id fieri intererat, damnaque ex ea omissione subsecuta restituere, quia iniuste totius huius causa damni fuit. n. 13.

57. Juxta probabilior sententiam iure communi quando promissio alieni facti, matrimoniique alieni adicitur pena, si promittens adhibita sufficienti diligentia id assequi nequeat, immunitus est a pena, & interesse: quia difficultas, quae est impossibilitas in facti obligatione excusat a pena & interesse: deinde pena tantum debet suos tenere Authores, imo hoc verum licet addatur alterum cum effectu facturum. l. 1. d. 25. n. 3. & 4.

58. Si promittens alienum factum, sciebat se id minime obtenturum, aut ea de re dubitabat, deceptique eo promittenti modo eum cui spondit, ut illi promissionem inintens, contractum operatum inint, alias non intans, tenetur in foro conscientiae promissae rei estimationem restituere, quia iniustus deceptor fuit. n. 5.

59. Si de contrahentium animo constaret voluisse affringi ad penam, vel interesse in omnem eventum; tunc utique teneretur, nec excusarentur eo quod fecerint quod in seipsis est, quia tunc non promittitur factum alienum, sed proprium in eam eventum si alius non efficiat. n. 6.

60. Si quis sub certa pena promittat Titium fideiussorem, & adhibita omni diligentia nolit Titius fideiussore, eximitur quidem a pena, sed non ab alio fideiussore aequo tuto praestando. n. 7.

61. Centent aliqui ius commune hactenus enodatum, correctum esse per regium Castellae, & ita promissorem facti alieni adhibentem omnem possibilem diligentiam non eximi a pena conventionali, si alter non impleat, verius tamen est non corrigi, nisi promissor in adhibenda diligentia defecerit. n. 8.

62. Promissio emissa tempore inhabili, non obligat tempore habili. l. 1. d. 50. n. 6.

63. Promittens feminam pecunias pro corporis usu, quamvis promittendo peccet, tenetur tamen implere: & po-

test dici esse peccatum, ex parte modi promittendi, non autem ex parte rei promissae, l. 1. d. 14. n. 5.

64. Nullo modo potest superior irritare valide promissionem homini factam; sed tenetur semper permittere subdito ut impleat; quamvis iurum subditi non exequentem renitente superiore, a culpa eximi credendum sit. l. 9. d. 40. n. 14.

65. Promissio inter dominum, & servum, minime valet quoad obligationem civilem, secus quoad naturalem. l. 7. d. 24. num. 22.

Protestatio.

1. Generale est in omni contractu pendente ex duorum voluntate, ut protestatio alterius nihil inveniit sibi consentus in contractum, nisi altero sciebatur, & consentiente fiat: & licet pro aliis contractibus satis sit tacitus consensus, ut in matrimonio requiritur expressus. l. 2. d. 45. n. 19. & 20.

2. Si praemissa protestatione, se nolle per quaecumque verba postea a te dicta matrimonium contrahere, altero sciente, & consentiente sequatur copula, videtur a protestatione recessum, & praesumetur consensus in matr. n. 21.

3. Quando est iusta causa non intimandi protestationem, valet non intimata, ut propter scandalum, vel metum cadentem in constantem virum; intelligi, nisi sequatur copula, tunc enim videbitur a protestatione recessum. n. 22. & 23.

Raptus.

1. Si quis accessum habeat cum rapta consentienti, antequam ad locum tutum restitatur, quamvis matrimonium validum inter eos consistere nequeat; non est tamen circumstantia mutans speciem, nec notabiliter aggravans; atque adeo non est opus exprimi in confessione: quod si copula illa vi extorqueretur, esset distincta luxuriae species, nempe raptus. l. 7. d. 5. n. 17.

2. Attento iure antiquo raptoribus mulieris honestae statuta est mortis pena, & bona raptoris, & opem ei ferentium statim ad raptam dominium transeunt: insuper excommunicationis poena raptor cum ei faveritibus punitur, post sententiam latam. l. 7. d. 12. n. 2.

3. Ad raptum penis juris subiectionis quadruplex conditio desideratur. 1. ut adit violentia. 2. ut raptus fiat causa libidinis. 3. ut fit traditio de loco ad locum. 4. ut mulier rapta sit honesta virgo. n. 3.

4. Ad raptum sufficit violentiam illam, vel ipsam feminam raptam, vel parentibus, aut tutoribus inferri. n. 4.

5. Ut raptus sit, non desideratur expressio metum inferri, sed satis erit quovis modo adit metus violentiae: ut si puella inspicat homines armis munitos ad cameram nitentem cogendam. n. 5.

6. Quando puella sub nullius potestate constituta, volens abducitur, quamvis alius impediens vis interatur, raptus non est: quod rapere, importet cum vi & impetu auferre. n. 6.

7. Si puella abductioni conniveat, postea vero renitens cognita sit, non erit raptus, sed copula vi extorta: si autem econtra abductioni resistat, mox autem abducta copula annuat, raptus est, quia initium spectandum est, in quo violentia interstitit: in hoc tamen eventu si probaretur is consensus feminae in sua plena libertate postea, liberandus foret raptor a pena ordinaria raptus. n. 7.

8. Raptus est femina dissentientis, quamvis ejus parentes consentiant abductioni; quia parentes non habent dominium corporis puellae, ut exponant ei nisi absque iniustitia labe. n. 8.

9. Non est raptus quando femina sui juris importunis precibus abducitur, nisi haec precibus importunae violentiae aequiparentur. n. 10.

10. Ad penas raptoribus statutas incurrendas satis est, si dolosis persuasionibus, aut quibuscumque fraudibus circumventa mulier abducatur. n. 11.

11. Quando puella sub parentum custodia constituta ex eorum domo ipsi invidis abducitur, raptus est quamvis ipsa consentiat; quia maxima injuria parentibus irrogatur, quam ipsa remittere aequit: huic tamen raptori non pena ordinaria raptus, sed alia arbitrio iudicis imponenda est. n. 12.

12. Raptus quoque erit, quando parentibus ignorantibus virgo consentiens sub illorum cura existens abducta est: idem dicendum si puella sub tutorum aut mariti potestate constituta ex eorum domo absque ipsorum voluntate, consentiens abducatur. n. 13. & 14.

13. Si praecedisset tractatus de matrimonio incedendo; in praedictis casibus, quando puella volens reclamantibus parentibus abducitur, non subducitur raptus hic penis juris civilis, quod corrigitur in hoc per jus Canonicum. n. 15.

14. Quinimo quamvis nullus matrimonium incedendi tractatus praecedisset, ex postea subsecuto, est valde rationi contententium; praxique receptum, ne ordinarius raptus penis raptoris plectatur, sed mitioribus arbitrio iudicis. num. 16.

15. Non est raptus penis juris obnoxius, si non causa libidinis explenda fiat, sed alia quaecumque. n. 17.

16. Affirmant quidam ad raptus penas incurrendas, desiderari copulam subsecutam esse; negant autem a lii, distinctio tamen communis placet; ut si raptor a copula

vi causa. l. 2. v. supra.

a copula se abstinerit poenitentis ductus, & nolens habere, quamvis potuerit; non est ordinarius raptus penis obnoxius, sed extraordinarius; secus si copula subsecuta non fuerit quod ad eam pervenire non potuit: si autem rapta fit monialis, raptus poenitentiam subdit, quaecumque ex causa copula non sit subsecuta. n. 18.

17. Conatus ad rapiendum, eo non subsecuto quia raptus non potuit, non est asfridus penis ordinarii raptus, sed extraordinarius puniendus est. n. 19.

18. Desideratur ad raptum, ut penis juris subiacet, traditio de loco ad locum, unde si absque traditioe cognoscatur violenter femina, erit copula vi extorta, non autem raptus: plectetur autem vi cognoscens poena capitis, & amissionis honorum, instar viri raptoris, in regno Castellae. n. 20.

19. Non quaecumque traditio de loco ad locum, sufficit ad raptum; sed debet esse ad effectum abducendi, & non gratia commodioris usus & coitus; id enim non est vere traditio de loco ad locum. n. 21.

20. Raptus penis juris subditus, petit ut sit mulierum honestarum, hinc si mulier honesta sit virgo, five nupta, five vidua, five soluta, erit raptus; & ideo meretricis raptor non incidit in penas juris, sed poena extraordinaria arbitrio iudicis puniendus erit; nisi vitae antea dactae poenitentia ducta meretrix illa, vitam honestam agere cepisset. n. 22 & 23.

21. Quidam affirmant penis juris circa raptum obnoxiam esse feminam viri rapticem, & hoc satis probabiliter, ob identitatem rationis: verius tamen est minime comprehendi feminas virorum raptices, sed alia poena extraordinaria puniendas esse. n. 24. & 25.

22. Rapta nubens raptor, secundum veriore sententiam non amittit ipsius raptoris bona, quae ob raptum injuriam sibi lex civilis deserbat, iure Canonico praedictam legem corrigente: contraria tamen sententia est satis probabilis. n. 27. & 28.

23. Raptus malicia specialis pro foro conscientiae consistit, quod homo affectu luxuriae impulsus, eo perveniat, ut quo libidinem explat, vim inferat feminam, aut ipsi sub quorum potestate ac cura est. n. 30.

24. Raptus duplicem malitiam specificam habet, alteram castitatis adversam in quantum coitum extra matrimonium claudit, alteram iustitiae oppositam, ratione violentiae quam importat. libidem.

25. Quamvis ad penas raptoribus iure decretas incurrendas desideretur violentia de loco ad locum abductio, at ut in foro conscientiae raptus sit, circumstantiamque raptus specie diversam a fornicatione necessario contentendam habeat, non desideratur, sed sufficit quomodocumque vis feminam inferatur ad copulam extorquendam. num. 31.

26. Si femina importunis precibus ducta consentiam copulae praebet, raptus erit quando precibus importunae tales sunt ut violentiae aequiparentur. n. 32.

27. Non est proprie raptus quando femina absque vi aliaque, fraudibus, vel ignorantia cognoscitur; ut si quis fraudibus copulam extorqueat, vel rem habeat cum femina dormiente, aut putanti esse virum suum: tamen ea copula continet malitiam specie diversam a fornicatione, ac necessario contentendam, eaque reducitur ad raptum; quia non solum consentiam, sed etiam iustitiae adversatur. n. 33.

28. Raptus est specie diversus a fornicatione, five femina sui juris invitata abducatur domo, & postmodum copulae consentiam, five soluta invitata cognoscatur, quamvis volens abducta sit, quia in utroque casu invenitur violentia; erit autem explicandam in confessione si utraque violentia adfuerit, tanquam circumstantia notabiliter aggravans violentiam iniustitiam. n. 34.

29. Raptus est explicandus in confessione tanquam specie diversus a fornicatione, si femina sub potestate parentum aut tutorum constituta, omnino consentiens ipsi invitata abducatur domo; & quando est violentia respectu parentum, & ipsius feminae; est necessario explicandam. num. 35.

30. Si puella volens abducatur, ignorantibus parentibus aut tutoribus, non est proprie raptus; erit tamen species distincta luxuriae necessario explicanda. n. 36.

31. Quamvis solius mulieris honestae raptus, talis dicitur, ut ordinarius penis raptus obnoxius sit; at in foro conscientiae, est raptus diversae speciei a simplici fornicatione, ac necessario contentendam, quaecumque sit femina, si violentia vere inferatur, five vidua, five virgo, five meretrix violenter cognoscatur. n. 37.

32. Ad speciem hanc raptus necessario contentendam, non est opus copulam subsecuti, sed satis est vim inferri omnino libidinis explenda: item nil refert five vir raptat feminam, five feminam virum: quamvis major injuria fit quando vir feminam rapit, & solus hic raptus punitur penis raptorum: numero trigesimo octavo, & quadragesimo.

33. Raptus attento iure antiquo civili diripit matrimonium inter raptorem & raptam: iure autem Canonico antiquiori impediatur tantum matrimonium: verum haec iura corriguntur per jus Canonicum novius; ut si raptor

quando inter raptorem & raptam matrimonium concedit. num. 41.

34. Raptus alienae sponsae de praesenti impedit hodie matrimonium, ita ut ille raptor, nec cum rapta, nec cum quacumque alia possit inire matrimonium; non tamen contractum diripit: nec ipsa sponsa rapta si postmodum assensum rapti praebet, poterit alio matrimonio copulari. n. 43. 44. & 45.

25. Ad hoc impedimentum incurrendum desideratur ut raptus ille fiat traditio sponsae de loco ad locum: imo desideratur copulam quoque fuisse subsecutam. n. 46.

36. Non est locus huic impedimento, si raptus sit utroque spolio consentiente; vel si ignorante sponsa raptus sponsae consentientis fiat, vel renitentis, aut viro dolis circumvento. n. 47. & 48.

37. Si sponsa aliena causa incedendi matrimonium cum ipsa extrahatur, locus est huic impedimento; quia est vere raptus perturbans matrimonium, imo magis, quam si solius libidinis explenda causa. n. 49.

38. Poena raptoribus statuta iure novo Concilii Tridentini sunt, ut matrimonium inter raptorem & raptam consistere nequeat, quando rapta in potestate raptoris manserit; secus si extra illius sit jam potestatem, ac in loco tuto & libero constituta: deinde raptus, ac consilium, auxilium, aut favorem praebentes sunt ipso iure excommunicati, perpetuo infames, ac omnium dignitatum incapaces; & si clericus fuerint de proprio gradu decedant: tandem raptor tenetur raptam decenter arbitrio iudicis dotare, five cum duxerit, five non. l. 7. d. 13. num. 1.

39. Matrimonium contractum inter raptorem & raptam, dum sub raptoris potestate existit, nec separata est, ac in loco tuto & libero constituta, eodem iure novo Tridentini est prorsus irritum; quare raptus pro eo tempore est impedimentum dirimens; imo hoc verum licet rapta adhuc sub raptoris potestate constituta, revera libere consentiat. n. 2.

40. Affirmant aliqui, & satis probabiliter, omnem raptum obnoxium esse penis Tridentini, five causa incedendi matrimonii, five causa solius libidinis explenda factus sit; at probabilius est in eo decreto solos feminarum raptos causa contrahendi cum eis matrimonium comprehendi. n. 3. & 4.

41. Raptus, qui est luxuriae speciei, non punitur in hoc decreto Tridentini quatenus causa libidinis explenda sit, nisi accedat causa matrimonii incedendi. n. 5.

42. Si quis proprio motu, non petente qui matrimonium inintus est, feminam rapiat, non ut secum, sed ut cum alio matrimonio contrahat, ille raptor non subditur penis decreti Tridentini; ac valet matrimonium cum illo tertio inintus, si femina libere consentiat, quamvis nondum extra raptoris potestatem sit. n. 6.

43. Desideratur traditio de loco ad locum ut raptus comprehendantur in decreto Tridentini: nihil autem raptus, five sequatur copula, five non, ad penas incurrendas. num. 7. & 8.

44. Non est locus hic penis Tridentini, si femina volens abducta sit, quamvis abductione secuta voluntatem mutet: prioris facti poenitentia ducta, secus si principio abductioni resistatur, quamvis post abductionem factam velit. num. 9.

45. Quamvis rapta causa matrimonii non sit perducta ad locum destinatum, sed in ipso itinere raptor respiciat, haec poena locum habet; quia delictum hoc raptus in ipsa abductione consummatur. n. 10.

46. Si solis importunis precibus, aut pretio conducta femina extrahatur, non est locus hinc penis, nisi ea precibus violentiae aequiparentur. n. 11.

47. Si dolis circumventa virgo, vel consentiens, ignorantibus tamen parentibus abducatur; haec poena Tridentini locum non habet. n. 12. & 13.

48. Si parentibus invitata femina volens extrahatur; tunc enim has penas incurri suadet, esse vere raptum, ut dictum est, atque ita incurri affirmant multi; verum contraria placet sententia. lb. n. 13.

49. In decreto Tridentini comprehenditur raptus cuiuscumque feminam, five virginis, five corruptae, five meretricis, & inhonestae, conjugatae, & cuiusvis status. n. 14.

50. Non comprehenditur hoc decreto Tridentini raptus propriae sponsae de futuro, reclamantibus parentibus; quia iure communi raptus hic a penis liberatur, quod Tridentinum minime corrigi. n. 15.

51. Non est locus hinc penis, & praedicti Tridentini decreto, si femina virum raptam volentem ut secum ineat matrimonium, quod id decretum de solo viro raptore verba faciat. n. 16.

52. Sicut Tridentini decretum irritat matrimonium inter raptorem, & raptam, quia in ipsa potestate manserit, ita irritat quoque sponsalia tunc inita, quia eadem militat ratio in ipsalibus, ut in matrimonio. n. 17.

Ratificari.

1. Si quis professionis copax, fidei aut metu proficetur, sit vere professus, si interne professionem ratificet, & i. Canonica. n. 1. Novis. n. 1.

2. Si quis professionis copax, fidei aut metu proficetur, sit vere professus, si interne professionem ratificet, & i. Canonica. n. 1. Novis. n. 1.

3. Si quis professionis copax, fidei aut metu proficetur, sit vere professus, si interne professionem ratificet, & i. Canonica. n. 1. Novis. n. 1.

4. Si quis professionis copax, fidei aut metu proficetur, sit vere professus, si interne professionem ratificet, & i. Canonica. n. 1. Novis. n. 1.

5. Si quis professionis copax, fidei aut metu proficetur, sit vere professus, si interne professionem ratificet, & i. Canonica. n. 1. Novis. n. 1.

6. Si quis professionis copax, fidei aut metu proficetur, sit vere professus, si interne professionem ratificet, & i. Canonica. n. 1. Novis. n. 1.

7. Si quis professionis copax, fidei aut metu proficetur, sit vere professus, si interne professionem ratificet, & i. Canonica. n. 1. Novis. n. 1.

8. Si quis professionis copax, fidei aut metu proficetur, sit vere professus, si interne professionem ratificet, & i. Canonica. n. 1. Novis. n. 1.

9. Si quis professionis copax, fidei aut metu proficetur, sit vere professus, si interne professionem ratificet, & i. Canonica. n. 1. Novis. n. 1.

10. Si quis professionis copax, fidei aut metu proficetur, sit vere professus, si interne professionem ratificet, & i. Canonica. n. 1. Novis. n. 1.

a. Ordo
e. 25. Or
seq.
n. 25. Or
seq.
e. 27.
Or seq.
n. hacten.
n. hacten.
n. hacten.
n. hacten.

hil oportet, religioni iudicare; & hoc sufficit, quocumque temporis distantia intercedat. l. 2. d. 31. n. 14.

2. Dum professio omnino invalida fuit, quia proficiens incapax erat ob aetatis defectum, vel anni novitatus, vel aliam causam, non satis est solo interno actu professionem invocari, sed oportet iterum professionem recipi actu externo, ipso iterum proficiente, & monasterii superiore denuo admittente, cum utriusque actus nullus fuerit. l. 2. d. 35. n. 4. probabile tamen est non esse opus nova acceptatione ipsius religionis sublato impedimento. l. 7. d. 37. num. 24.

3. Ad veram prioris professionis irritae ratificationem, & ut ea convalescat, desideratur, ut professus sciens fuisse nullam, ad eamque minime obligari, eam ratam habeat, volens ut ex tunc efficac, ac firma sit; quare quantumcumque tempore hic invalide professus exerceat actus quocumque professionum ac professionem ratificet ignorans illius nullitatis, ea vires non retinet, nec is verus professus efficietur. l. 7. d. 37. n. 52.

4. Ut irrita ratificari possit professio, non sunt repetenda caeremoniae solemnes ex regulae praescripto; aut consuetudine adhiberi solita; quia non sunt de professionis substantia, & semel adhibita sunt. n. 66.

5. Religiosus professus, qui transacto quinquennio vere non ratificavit professionem, & ei denegatur audientia, & beneficium restitutionis, quia forte nequit probare ignorantiam aut iustum reclamandi impedimentum, aut forte illis non laboravit, & ita caret remedio in foro externo; cessante scandalo potest effugere, nec tenetur ex vi votorum servare regulam & vota; licet ratione scandalum vitandi teneatur, ea in publico servare, quoties ex non observantia scandalum alius subiretur. n. 36.

6. Quoties invalide professus culpa vacavit, ut quando per metum, vel ante aetatem legitimam bona fide professionem emisit, vel non praemisit informatione necessaria juxta motum proprium Sixti V. non tenetur ad ratificandam professionem, quo damna caveat, quae ex perseverantia in religione, existimatio eo vere professio nullarent; sed potest hic sic manere expectando commodum fugiendi occasionem. n. 38.

7. Quando culpa professi fuit professio irrita, ea quod fide professionem emisit, licet quidam videantur sentire hunc teneri ratificare professionem; at probabilis est non teneri vere profiteri, sed posse manere quantumcumque tempore in religione, expectando fugiendi abique scandalo opportunitatem. n. 39.

8. Non tenentur, moraliter loquendo, fide professus, aut quocumque modo sit professio irrita, admonere superiores ne se esse verum professam, quando audiri in foro externo nequiret; si tamen probabilissima spes esset, fore ut admodum proderet ei effectui & aliunde non sapperet remedium, teneatur utique. n. 40.

9. Invalide professus tenetur aut professionem ratificare, aut oblata commoda fugiendi occasione in partes remotas secedere, ubi sine scandalo vivere possit; & tenetur eam occasione summa ope niti; quia sola necessitas ipsum excusat quae cessat eo non fugiente, cum commode possit. n. 41.

10. Quamvis qui vere professus non est, nec ratificare vult professionem, peccet alimenta monasterii recipienti, non peccat tamen, si haec suscipit animo restituendi valorem illorum, quae detracta mercede suis obsequiis debita, superflui cum fuerit restituendo, imo nec peccabit iustitiam ferendo, admittendoque praetoriam religionis, dum non potest vitare abique scandalo & nota, animo fugiendi habita opportunitate: non tamen poterit petere a Praelato religionis irritationem, aut dispensationem votorum, aut privilegii religionis sui; quia nec est religiosus, nec ille est ius Praelatus, nec similiter poterit consiteri religio qui ad audiendas confessiones ab Episcopo approbatus non est. n. 42.

11. Esti communiter peccet lethaliter invalide professus, si non ratificata professione, sacris initiatur, quia sine patrimonio titulo professionis irritae initiatur; at non peccabit, nec censuram aliquam incurret, si non possit abique magna nota sacrorum ordinarum susceptionem vitare. n. 43.

12. Signum ratificationis sponsalium ante legitimam aetatem initorum, est, si adveniente legitima aetate contrahentes simul habitent, vocent se sponso, si simul liceant, vel se oleculentur ut sponsi, vel si alter alteri mittat munuscula a sponsi mitti consueta: tamen ut haec signa indicant tacitum consensum, debent contrahentes notitiam habere sponsalium tempore infantie initorum, ubi enim ea ignorarentur, nullus consensus reperiri poterit: imo exigitur ut norint sponsalia illa tempore infantiae celebrata fuisse nulla. l. 1. d. 16. n. 6. & 7.

13. Ad ratificandum matrimonium invalidum ob impedimentum dirimens, impetrante dispensationem impedimenti, vel eo cessante, quidam ajunt satis esse consensum scientis impedimentum renovari; ceterum omnino dicendum est id matrimonium minime convalescere, nisi novus utriusque consensus accedat, nec satis erit interne consensum renovari, sed necessarium est ut exter-

no signo, aut verbis manifestetur. l. 2. d. 35. n. 12. & 3. 14. Quando matrimonium nullum fuit ob personae, vel conditionis errorem, non censetur ratificatum quocumque actu, dum durat idem error, quia eo durante manet idem impedimentum dirimens. l. 2. d. 36. n. 1.

15. Quando impedimentum non est error conditionis, vel personae, aut si fuit conditionis cessavit iam servitus, nonnullorum sententia est ad ratificandum matrimonium conjugum impedimenti conscientiam obteata dispensatione, vel impedimento cessante, non oportere alteri aperire prius matrimonium fuisse irritum, sed satis esse, si caute curet utriusque consensum renovari & alii probabilis docent necessarium esse ut id matrimonium convalescat, conjugum impedimenti ignorari certiorum fieri de prioris matrimonii nullitate, licet causa ei reatur. n. 2. 3. & 4.

16. Ut matrimonium ratificetur, sufficit si novus consensus procedat ex cognitione aequivalentis scientie nullitatis prioris matrimonii, licet alter conjux eam ignoret: ut si conscientiam impedimenti ab alio sic petat; meita diligis, ut si non esset inter nos matrimonium denuo contraheres, ac ex nunc vis me in conjugem ac si non fuisset validum inter nos matrimonium prius contractum, & respondeat alter, ita volo interrogantque se quoque idem velle, dicat. n. 5.

17. Si conjuges scientes impedimentum celsasse, se affectu maritali cognoscant, sufficit ut prius matrimonium irritum convalescat, & ratificetur. n. 6.

18. Quando non timetur probabiliter scandalum periculum, v. g. fore, ut vir nullitatis conscientiam matrimonii, nollet denuo contrahere, & si esset proles, &c. est omnino detegenda alteri conjugi matrimonii nullitas n. 7.

19. Ubi probabilis scandalum, aut infamia timor esset, nec posset extorqueri consensus conditionalis abique predicto periculo recta prioris matrimonii nullitate, posset persuaderi ignorantiam; ut ex tunc habeat alterum in conjugem: quia urgens necessitas, & periculum quod ex opposito sequeretur, facit probabile, quod alias non judicaretur tale. n. 8.

20. Quando nec consensus posset extorqueri, quia vir hilarius non est, & ex alia parte petit debitum ab uxore, ipsaque sine scandalo subterfugere nequit, reddendoque peccaret, cum nondum sit matrimonium: potest abique verbis denuo matrimonium illud consistere, copula illa affectu maritali habita ex parte (sua); nam ex parte alterius cum putet esse matrimonium consistit eo affectu haberi: & hoc etiam alter conjux ignoret prius matrimonium fuisse invalidum. n. 9.

21. Quando parentes contrahunt sponsalia pro filiis absentibus vel infantibus, qui doli capaces non sunt, quidam ajunt & satis probabiliter, censeri illa ratificata, si dum postmodum noverunt, vel doli capaces facti sunt, taceant non reclamantes, verus tamen est, non satis esse, nisi certiores filii facti ratificaverint tacite, vel expresse. l. 1. d. 23. n. 16. & 17.

22. Matrimonium metu gravi initum ratificatur copula spontanea, vel metu levi extorta. l. 4. d. 18. n. 2.

23. Non tantum per copulam spontaneam ratificatur prius matrimonium metu gravi extortum, sed etiam per diutinam habitationem mutuum, spontaneam data opportunitate recedendi; & ut habitatio haec opportuna sit, iudicium hujus consensus conjugalis requiritur. 1. ut ratificans matrimonium, sciat matrimonium prius contractum fuisse nullum. 2. ut habitatio sit diutina arbitrio prudentis, & sit omnino spontanea, cessante timoris causa, a n. 3. ad 7.

24. Ratificatur similiter matrimonium metu contractum per alios actus, ex quibus olim ante Tridentinum praesumebatur tacitus consensus, sponsaliaque in matrimonium transibant, quando il spontanei sunt. n. 11.

25. Quidam docent sicut matrimonium metu initum, ratificatur copula spontanea, affectu maritali habita; ita ratificari eadem copula metu gravi extorta, & valere matrimonium; probabilior tamen sententia habet nullo modo esse matrimonium, quando aliquis metu gravi cogitur contrahere, & consummare. n. 13. & 15.

26. Si matrimonio metu consummato aliquando accedat copula spontanea, deposita iam prius metu animo ratificandi prius matrimonium invalidum, scienti accedente copula illa fuisse invalidum & ea ratificari, manebit firmum matrimonium. n. 16.

27. Metu gravi contrahens matrimonium, potius debet mortem pati, quam consummare; posset tamen excusari, si accedat animo maritali sequens opinionem probabiliter asserentem ea copula ratificari matrimonium; quod intelligit in eo casu in quo post Tridentinum efficeretur verum matrimonium. n. 17.

Reclamare.

1. Concilium Tridentinum tres condiciones petit ut v. reformationis. 1. n. 1. reformationis. 2. ut causae. 3. ut reformationis. 1. n. 1. reformationis. 2. ut causae. 3. ut reformationis.

Seu admodum juris-Consultorum quae sparsim ab Auctoribus secundum subjectas materias per totum suum opus citantur & elucidantur.

Vitandus est absurdus intellectus, quamvis litterae vis inferatur. l. 3. d. 39. n. 6.

Non procedit argumentum a contrario sensu, quando in casu contrario militat eadem vel major ratio. lib. 9. disp. 32. num. 11.

Argumentum a contrario sensu non valet, quando contrarium est decium in iure. l. 6. d. 21. n. 9.

Argumentum de toto ad partem valet. l. 2. d. 41. n. 33.

Argumentum a fortiori valet. l. 2. d. 32. n. 8.

Legitime impedito non currit tempus. l. 1. d. 53. n. 7.

Causa limitata limitatum causat effectum. l. 3. d. 5. n. 2.

Annalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum. l. 6. d. 38. n. 34.

Una pars alternativae dubiae declarat alteram. lib. 3. disp. 20. num. 2.

Ad praeteritum nulla est potentia. l. 5. d. 4. n. 15.

Quando adus non valet ut agitur, tunc valet eo modo quo valere potest, quando est defectus ex parte causae efficientis. l. 1. d. 20. n. 3.

Actus praesumitur factus secundum praesumptionem naturae. l. 1. d. 37. n. 4. in dubio autem praesumitur factus, ut valeat. l. 1. d. 38. n. 4.

Incumbit probare specialiter afferenti. l. 1. d. 53. n. 10.

Causa ommissa manet in iuris communis dispositione. l. 1. d. 54. nom. 6.

Duabus concurrentibus conjecturis, vincit potentior. l. 6. d. 25. num. 26.

Nemini sua culpa prodesse debet, nec ex ea debet commodum reportare. l. 2. d. 22. n. 6.

Delictum alicuius non debet operari immunitatem. l. 1. d. 55. num. 6.

Quoties obstat exceptio rei iudicatae, obstat etiam exceptio litis pendens, l. 10. d. 8. n. 20.

Quod una via prohibetur, non debet alia concedi. lib. 10. disp. 8. num. 20.

Quod juris est de toto quoad totum, est de parte quoad partem. l. 6. d. 22. n. 19.

Dignius trahit ad se minus dignum. l. 3. d. 29. n. 8.

Conjectura dissonans, est disparitas contrahentium. lib. 3. disp. 15. num. 7.

Impedimenta duo difficilior tolluntur quam unum. lib. 6. disp. 13. num. 3.

Exemplum non arctat regulam. l. 1. d. 57. n. 6.

Contra legem factum pro infecto habetur. lib. 3. disp. 5. num. 2. & 4.

Fictio non operatur plus quam veritas. l. 4. d. 18. n. 15.

Fidem frangenti fides servanda non est. l. 6. d. 37. n. 2.

Quod in gratiam alicuius concessum est, non est in eius dispendium retorquendum. l. 4. d. 18. n. 13.

Quod a principio est voluntatis, postea fit necessitatis. l. 4. d. 13. n. 6.

Quod non est verisimile, non est credibile. lib. 3. disp. 26. num. 2.

Nemini debet frans patrocinari. l. 1. d. 42. n. 5.

Frustra expectatur eventus, cuius nullus est effectus. lib. 1. disp. 51. num. 9.

Fundamento sublati corruit aedificium. l. 3. d. 4. n. 6.

Mitius agitur cum lege, quam cum homine. lib. 3. disp. 51. num. 2.

Multa prohibentur fieri, quae tamen facta tenent. lib. 3. disp. 32. num. 2.

Quod de uno conexorum dicitur, ad aliud extenditur. l. 3. d. 28. n. 8.

Quod modico tempore durat, quasi non esse reputatur. l. 3. d. 18. n. 6.

Quod nullum est, nullum producit effectum. lib. 3. disp. 2. num. 5.

Mutatio animi non praesumitur. l. 5. d. 13. n. 4.

Necessarium formam importat. l. 2. d. 31. n. 2.

Necessitas caret lege. l. 3. d. 10. n. 27.

Negatio magis negat quam affirmatio affirmet. lib. 3. disp. 12. num. 1.

Quod nullum est non potest ratificari. l. 2. d. 38. n. 3.

Quod in continentem fit, dicitur in se. lib. 2. disp. 21. num. 12. & 13.

Quae specialiter nota digna sunt, nisi specialiter notentur, videantur neglecta. l. 3. d. 35. n. 11.

Nemo dat quod non habet. l. 3. d. 22. n. 35.

Quae casu absunt, non dicuntur abesse. l. 3. d. 18. n. 14.

Nihil refert quid ex aequipollentibus fiat. l. 2. d. 31. n. 5.

Non entis nullae sunt qualitates. l. 3. d. 2. n. 5.

Paria sunt in iure aliquid nunc esse, & apparere denuo, & non esse, & non apparere. l. 1. d. 63. n. 2. & 9.

Non expressa non nocent. l. 6. d. 36. n. 2.

Principale intantum semper inspicitur. l. 6. d. 1. n. 12.

Qui habet actionem ad rem, rem ipsam habere videtur. l. 4. d. 8. num. 11.

Qui sentit commodum debet sentire onus. l. 3. d. 18. n. 24.

Qui

o. impo-
renia c.
90. Or seq.

4. Beneficium restitutionis in integrum diversimode conceditur majoribus, ac minoribus: nam restitutio majoribus competens, intelligitur, eam ante periculum praescriptionem, is, contra quem praescribitur nullam habuit scientiam hujus praescriptionis, & laesione ipsam imminuentis; ita ut non poterit praescribere ipsam imminuentis: nam existente hujus praescriptionis, & laesione potest: nam existente hujus praescriptionis, non scientia eo tempore quo iure ordinario agere potuit, non concedatur illis restitutio. Minoribus autem conceditur restitutio contra praescriptionem, & lapsum temporis, quamvis ipsis scientibus, & negligentibus praescriptio finita sit. num. 23.

5. Si majores vel minores intra quinquennium ratificaverint legitime professionem, cessante metu, vel alio impedimento, quod eam irritabat, consentiendo interius & exercendo actus professorum, animo ex tunc ratum habendi priorem professionem, quam irritam fuisse noverant, non habebit locum restitutio. n. 24.

6. Ignorantia, ut ejus causa concedatur restitutio majoribus, debet esse probabilis & iusta; secus si sit casualis vel supina; unde ignorantia juris eis non proderit: ac quando professus est minor, ruitiens, vel mulier est professa, vel miles, in quibus error juris toleratur, & ad constituendum in bona fide est sufficiens, nec impedit praescriptionem, habebit locum hanc restitutio, quamvis ex juris ignorantia procedat. n. 25.

7. Hoc restitutionis beneficium competit etiam centum annis transactis, durante eo tempore ignorantia, vel impedimento, & iure communi conceditur quadriennium a die scientiae ad hanc restitutionem in integrum obtinendam: id tamen tempus non conceditur ad reclamandum contra praescriptionem. n. 26.

8. Alleganti post quinquennium ignorantiam nullitatis professionis suae, adveniat praesumptio juris & de iure, per illud quinquennium iudicata, qua scientia praesumitur. num. 27.

9. Valde probabile est majorem, qui revera scivit professionem fuisse nullam, & labi quinquennium intra quod solum conceditur reclamatio, ac nullo modo ratam habuit professionem, posse reclamare in foro conscientiae, & deducere causam ad forum externum, petereque restitutionem in integrum ratione iustae ignorantiae, imo petere a se ignorantiae iuramento id iurando affirmare. n. 28.

10. Si conjux consummato matrimonio non expectata iudicis sententia, ob adulterium, vel ob aliam causam diverterat, restituendus est ante omnia spoliato conjugi, nec sunt audiendae exceptiones spoliantis, donec spoliatus ad pristinum statum restituatur, qua restitutione facta agatur de illis exceptionibus. l. 7. d. 112. n. 3.

11. Ad hanc restitutionem spoli tenetur spoliatus probare matrimonium esse legitime contractum, id est, per consensum de praesenti, apparet & prima fronte validum: & se habere professionem, eaque spoliatum esse: ad omnem quippe restitutionem sunt probanda spoliatus, & professio. num. 4.

12. Quamvis remedio restitutionis non sit locus, quando spoliatus contingit ante matrimonium consummationem, fatendum tamen necessario est peti posse, ut iudex officio suo cogat spoliatum de praesenti, aut spoliatum recedente, exhibere ea ad quae spoliatus de praesenti tenentur, quando recedens non allegat iustam causam. n. 5.

13. Sufficiens nonnulli ante matrimonium consummationem non dari verum spoliatus, ac tamen non esse locum remedio restitutionis: alii tenent si sponsa ea de praesenti traducta sit in sponsi domum, & ut uxore tractata, quamvis constet non secutam esse copulam, acquiri quasi possessionem ipsius, atque ita concedendam, restitutionem ipsius marito spoliato, non tantum quoad habitationem, sed etiam quoad copulam, nisi mulier proponat se virginem esse, & aliquid alleget, quo probato non tenetur ad copulam: verum probabilior sententia ait quamvis praecedentes sint satis probabiles, ante matrimonium consummationem non esse locum plenae restitutionis, scilicet, quoad habitationem & copulam, ac bene quoad solum habitationem, & alia ministeria inter conjuges mutuo debita, praeter copulam. num. 6. 7. & 8.

14. Fuga contingenti ante traditionem ad domum, nulli restitutioni est locus, quod nulla possessio acquisita sit: tamen si nullam iustam exceptionem proponat uxor, cogenda est ad habitationem, & copulam ex vi contractus matrimonii. n. 9.

15. Si vir adeo severus esset ut merito timeri possit extorrio copulae, nec sufficienter cavere possit hoc damnum cautione per virum praestita, tunc ob hunc temporis differenda esset restitutio quoad habitationem, donec de exceptionum iustitia cogitatum sit. n. 10.

16. Quando nulla alia ratio spoliati allegatur a conjuge, qui suum conjugem deseruit, praeter spoliati conjugis impotentiam, ac constat matrimonium illud minime consummatum esse, non tamen defectus potentiae conjugis constat, si nondum elapsam sit experientiae triennium, cogendus est conjux qui recessit, excommu-

nicatione contra ipsum lata, ad cohabitandum & copulam vacandum. n. 12.

17. Quando triennio iam experientiae elapso contingit fuga conjugis ob alterius impotentiam, restituitur quoad solum habitationem, antequam exceptio admittatur, sicut quando recedit ob contumacitatis impedimentum, restituitur est spoliatus quoad habitationem, quia iniuste ante Ecclesiae sententiam spoliatus erat: quod in omni impedimento dirimentis servandum est. n. 14.

18. Si pretio accepto vir remitteret adulterium uxori, non teneretur ante condemnationem illud restituere; quia leges quae improbant turpes conventiones, procedunt ad hunc effectum, ut ex eis agi nequeat, nec teneatur quis promissa servare, non autem ut acceptum, sit ante iudicis sententiam restituendum. l. 10. d. 8. n. 22.

Savija.

1. Integrum est conjugi divertere ob alterius saevitiam tantam, ut abique gravi damno periculo non possit cum illo habitare, donec conjux saevitiam sufficientem securitatis cautionem praestet: & quamvis alias restitutio ante omnia faciendae sit, excipitur tamen casus in quo conjux divertere opponit alterius saevitiam. l. 10. d. 18. n. 2.

2. Potest conjux, id periculum ob alterius saevitiam timens, propria auctoritate recedere, vel expellere alium quem timet: praesertim si esset periculum in mora, vel non esset facilis aditus ad iudicem, si tamen alter cautionem securitatis sufficientem praestare velit, qua tutus reddatur conjux, non possit propria auctoritate divertere, quantumvisque notoria esset saevitia. n. 3.

3. Ubi conjux ob culpam propriae saevitiae privatur consortio maritali, donec respiciat sufficientemque incolomitatibus cautionem praestet, omnimodum jus pretendit debitum suspenditur; nec tenetur alter ei reddere, nisi cautione praestita. n. 4.

4. Quamvis causam saevitiae praestiterit alter conjux, ut si uxor adulterium aliudve facinus admiserit, danda est nihilominus cautio incolomitatibus a viro; alias non teneretur uxor cohabitare, conciliationemque admittere. n. 5.

5. Sufficiens cautio ut uxor divertere possit, est, si vitae ipsius maritus indidit, tentans veneno, aut alia via ipsam perimere, quia id est capitale odium, ratione cuius denegatur restitutio viro spoliato. n. 6.

6. Quando e contra uxor vitae viri infidias parat quo ipsam perimat, quidam negant licere viro divertere: sed abique dubio dicendum est idem de marito; poterit enim hic ratione hujus saevitiae divertere, quando aliter nequit compescere uxorem, sibi quae adversus infidias illius consulere. n. 7. & 8.

7. Non excludit maritum a cohabitatione cum uxore, quod de se timeat fore ut continere nequeam quae possit quia eam enecet, eo quod corruptam inveniret cum virginem esse existimaret, vel aliquantulum suspitionis de ejus adulterio conceperit, vel ob acerbitatem ipsius uxoris ingenium, vel demum ob quantumcumque aliam causam quae ad divortium non est sufficiens: poterit tamen ad aliquantulum temporis divertere, donec iracundiae impetus servens remittatur. n. 9.

8. Non desideratur ad hoc divortium faciendum, donec cautio securitatis praestatur, vitae periculum ex saevitia conjugis dimitti confluentis; nec satis est quodcumque malum timeri, sed necessarium est ac sufficere malum quod timeri esse grave, ac tale, quale ad metum viri constantis exigitur. n. 10.

9. Iusta hujus divortii, ratione saevitiae, causa est, molesta cohabitatio, discordiae, & iurgia gravia, frequentia inter conjuges: item fas est uxori a viro recedere, qui praesertim tres infantes in utero ejus necavit. n. 11. & 12.

10. Non satis sunt minae, quo divertere liceat, ac securitatis cautionem postulare, nisi minans solutus sit eas exequi unde arbitrio iudicis pendendum eriguntur minae illae sufficiant, considerato minantis ingenio, ac minandi modo. n. 13.

11. Praestare iustam divortii causam, & affirmari, quidam, quod vir uxorem verberavit: alii censent verbera inflicta uxori non praestare causam divortii sufficientem nisi quando ex eis probabiliter potest mortis periculum timeri, & quamvis id ex praesertis non imminet, satis esset ex futuris timeri, vel si inde contracta sit inimicitia capitalis inter conjuges: multorum tamen & sequenda sententia est, quando levis est verberatio & ex urgente causa, non licet uxori divertere; quia vir iuste agit: imo idem dicendum si abique causa esset: praeterea non licet hoc divortium causa verberationis praestare quantumvis atrocis, si casu ex infolito irae ac perturbationis motu viri contigerit, nec probabilis timor ejusmodi, punitionis impofterum extendenda subdit. n. 14. 15. & 16.

12. Iusta divortii causa, secundum aliquos, est saevitia viri, quando vi debitum conjugale ab uxore extorquere solet; hoc tamen non placet, quia licet in modo sit aliquis injuria, ac non est tanta ut saevitiae tribuenti causam divertere: alibi dicitur sit. n. 17.

13. Quidam negant ob furorem conjugis licere alteri divertere: sed omnino tenendum furorem conjugis, ubi abique gravi periculo cum illo habitari potest, non

v. de i. 31. v. de i. 6. 22. v. de i. 10. d. 18. n. 2.

v. de i. 10. d. 18. n. 2.

v. de i. 10. d. 18. n. 2.

v. de i. 10. d. 18. n. 2.

v. de i. 10. d. 18. n. 2.

v. de i. 10. d. 18. n. 2.

v. de i. 10. d. 18. n. 2.

v. de i. 10. d. 18. n. 2.

v. de i. 10. d. 18. n. 2.

non praestare iustam divertere causam, sed sanum tenere cohabitare, illique ministrare: iccus existenti eogravi periculo, quia praevalet vis propriae vitae tuendae. n. 18.

14. Non sola saevitia praeterea iustam divertere & petenda cautio causa praestatur, sed etiam timor futurae; quia in utroque eventu imminet periculum conjugii. n. 19.

15. Praesumit potest haec causa saevitiae, si vir concubinam teneat, etiam extra domum. n. 20.

16. Integrum est viro recedere ab uxore venetica, liberorum interfectrice, aut viri facultates depradante. n. 22.

17. Non sola viri saevitia, sed etiam parentum ejus praebet iustam divertere causam uxori, ac petendi cautionem securitatis. n. 23.

18. Ut fuga ratione saevitiae, & cautionis petitio iusta sint, ultra timorem mali gravis, desideratur etiam causa legitima, & verisimilis timendi; quia id omnino exigitur ne timor vanus sit, & hominis pusillanimitis. n. 24.

19. Iudicis est interrogare conjugem ratione timoris saevitiae divortium postulantem, de suspitionis timoris causis, arbitrario quo committitur de iudicare, non iusta sint inspectis personis, & causis. n. 25.

20. Non potest iudex divortium ratione saevitiae concedere, aut cogere conjugem ad cautionem praestandam non praemia iudicis causa cognitione; quia praesumendum non est quempiam vitae alterius insidiatum, nisi constet. n. 26.

21. In hac re non statim juramento petentis cautionem allegantique suspitionem timoris; imo ea suspitionis causa est probanda rebus omni exceptione majoribus: nisi evidenter de causa suspitionis constet. n. 27. 28. & 29.

22. Praxis in Tribunalibus Ecclesiasticis vigens iusta est, dum petito divortio ratione saevitiae conjugis, iudex petit informationem testium eam probantium, qua praestata, si sufficiens sit, continuo actum interlocutorium pronunciat, quo jubet uxorem in loco tuto deponi dum illa deciditur, & sub poena excommunicationis jubet viri & ejus parentibus ne illi malum inferant, & sub aliis poenis puniantur, & moderatas expensas litis atque alimentis uxori praestanda. n. 30.

23. Quando saevitia conjugis est tanta, ut nulla securitatis cautio sufficiens ab alio praestari possit, non est restituendus conjux spoliatus, sed sententia divortii pronuntianda est. n. 31.

24. Arbitrio iudicis committitur, quando saevitia sit tanta, ut illi per cautionem satis provideri nequeat, & quae cautio ad damnum vitandum non sufficiat. n. 32.

25. Ubi odium est capitale, non debet conjux cautionis fragilitati fidere; quia cautio malevolum animum non mutat, nec in hoc casu sufficiens cautio praestari potest. n. 33.

26. Non licet conjugi sano ad Ordines, vel religionem ob furorem alterius conjugis transire, si sanus cum illo habitare possit, quia tunc non conceditur divortium. n. 38.

27. Divortio celebrato ad tempus tantum ratione saevitiae, ad experiendum, num conjux saevus ingenium mutet, ab iraque impetu esse abtineat, aut ut det cautionem sufficientem, quia alter possit tunc cum illo commemorari non potest innocens ad religionem transire; quia cum divortium non sit perpetuum sed temporale, ius conjugale non est amissum, sed exequo est temporaria suspensio; secus autem quando absoluta a iudice divortii sententia est pronuntiata, tunc enim integrum est innocenti ad religionem altero invito transire. n. 49.

1. Vir dicitur senex ad effectum ut ipsi sufficiat votum castitatis in saeculo manentis, ad uxoris professionem, si sit sexagenarius; femina autem ad hunc effectum senex iudicanda est si sit quinquagenaria: quia in viro ea aetate vel paulo post accidit hodie communiter sterilitas, & est jam proximus interitus, ac calor juvenilis fere extinctus; femina vero ea aetate est sterilis, & communiter senex tunc appellatur, & suspitione incontinentiae liber creditur. l. 7. d. 32. n. 16.

2. Certissimum est apud omnes, usque Ecclesiae id comprobatur, solum senectutem non obitare valori matrimonii unde senes etiam decrepiti capaces sunt matrimonii, si nullo alio impedimento praeter senectutem laborent; quia nullus est adeo senex, qui aliquando natura, vel saltem medicinae ope adjuvatus possit ad coitum calere, quod ad matrimonii firmitatem sufficit. l. 7. d. 92. num. 19. & 20.

3. Nunquam ob senectutem deneganda est alicui ab Ecclesia facultas inveniendi matrimonii: nisi aliud impedimentum allegetur & probetur; atque hoc in femina quantumcumque vetula certius est: quia frigiditas coitum viri lenis impediens, ipsi non obstat, utpote quae patiens est & semen recipit, ad quod calor juvenilis minime desideratur. n. 21. & 22.

4. Quibusdam placet virum senem ita exhaustum ut omnino sit impotens ad copulam habendam, qui nec iudicio medicorum juvari aetate possit, non esse incapacem matrimonii, quia semper habitu retinet intrinsecam seminandi intra vas potentiam, ac senio per accidens impeditam; at verissima sententia est eum senem esse ma-

trimonii incapacem, quia impotentia perpetua laborat: atque idem dicendum esse si senex ille possit quidem coire, non tamen seminare intra vas. n. 23. & 24.

5. In senibus non est expectandum triennium experientiae ad copulam, sed sufficit tempus arbitrio iudicis taxandum, quo experiantur an medicamine aliquo adhibito possit natura vires assumere ad copulam conjugalem. l. 7. d. 108. num. 21.

Sententia.

1. Id in matrimonio speciale est, ut sententia in conjugali causa lata, quacumque circumspicione praemissa, si bis ab ea provocatum fuerit, confirmataque sit, si vel lapsus terminus ad appellandum sit, numquam transeat in rem iudicatum, ac proinde non ita efficacem auctoritatem sortitur, quin retrahenda sit, quoties compertum fuerit eam errore quodam latam fuisse: quia in causa conjugali nequit consensus omniter appellacionem efficere ut matrimonium cum impedimento dirimenti inint sit validum, vel ut legitime tractatum dissolvatur. l. 7. d. 100. n. 1.

2. In sententia matrimonii, & aliis quo non transeunt in rem iudicatum, potest transacto appellandi termino probari injustitia causae tam ex meritis ipsius, quam ex ordine processus. n. 2.

3. Potest iudex, & tenetur ex officio, parte invita, procedere ad retractandam huiusmodi sententiam, ubi de errore certior factus fuit. n. 3.

4. Sententia matrimonii non transit in rem iudicatum, a qua decennio appellatum non est, vel duplici sententia confirmatum, ad hunc sensum, si quoniam viam querere possit contra eam allegari; ac si autem auctoritatem rei iudicate ut preterito appellacionis corrigi nequeat. n. 4.

5. Quamvis sententia matrimonii non omnino transeat in rem iudicatum, transit tamen quoad hoc, ut non indifferenter eam impugnare volens audiat, sed oportet allegare aliquam verisimilem injustitiae causam, quae iure optimo iudicem ad id credendum ducat, ne in infinitum pars contraveniens audiatur. n. 5.

6. Praesumitur pro sententia ac processu iustitia, quando ab ea intra legitimum tempus non est appellatum, donec ejus injustitia constiterit; quare ejus injustitiam alleganti incumbit onus probandi. n. 7.

7. Ut sententia matrimonii rescindatur, oportet condemnationem nisi nova querela, novoque libello in quo petat eam causam conjugalem semel jam definitam iterum ad iudicium deduci, & sententiam revocari ratione erroris detecti; nam quoad instantiam causae transit in rem iudicatum. n. 8.

8. Haec nova querela minime proponi potest a subdito suffraganei coram Archiepiscopo, utpote qui inter eos solum est iudex in causa appellacionis, & non per viam querelae: quomobrem querela haec proponenda est coram eo iudice qui adiri potest per simplicem querelam, & hic est iudex qui primam sententiam tulit: item Pontifex vel ejus Legatus. n. 9.

9. Non potest coram Archiepiscopo de retractatione hujus sententiae agi, si ejus nullitas seu praescripserit, seu incidenter proponatur: quia cum a sententia minime appellatum sit, aditur per solum querelae viam, in quo casu Archiepiscopus non est iudex competens inter suffraganei subditos. n. 10.

10. Erit sententia matrimonii non transeat in rem iudicatum quoad ipsum conjugium, transit tamen quoad expensas, quarum succumbens condemnatus fuit per eam sententiam, a qua non est appellatum; non enim restituentur reclamanti postea, ac docti erroris sententiae. num. 11.

11. Non transit sententia in rem iudicatum respectu conjugum, ac transit respectu tertii contra matrimonium agentis; & ita si quidam tertius opposuit impedimentum, & succubuit, sententia contra ipsum lata a qua non est appellatum legitimo tempore, ita transit in rem iudicatum ut nemo deinceps audiat volens id impedimentum proponere: tamen haec sententia sui limitatio displicet omnino, quia ea retenta, foveretur peccatum, sustinendo matrimonium irritum. n. 12.

12. Sententia matrimonii in rem iudicatum transit, quoties conjux allegans esse irritum matrimonium ratione impotentiae alterius, non allegavit speciem impotentiae, sed in genere impotentiam; & contra ipsum lata est sententia a qua non appellavit, quia in hoc casu cessat animi periculum ratione cuius non transit. n. 13.

13. Sententia lata in accessorio seu incidenti, praescribitur in principali, quando questio de principali vertenda est. l. 10. d. 8. n. 20.

14. Sententia Principis habenda est pro lege, quando alicujus controvergie occasione inter privatos, legem explicat, sententiam ferens ea mente ut illa interpretatio vim legis universalis habeat; non autem quando Princeps, etiam Pontifex simpliciter jus dicens privatis, aliquam ferre sententiam non constituit ut illius interpretatio generalis sit, nec vim legis obtineat. l. 2. d. 14. n. 4.

15. Sententia lapsum senatus non facit legem, quia non potest inducere stylium derogando jus. ibidem.

v. de i. 10. d. 18. n. 2.

v. de i. 10. d. 18. n. 2.

v. de i. 10. d. 18. n. 2.

v. de i. 10. d. 18. n. 2.

v. de i. 10. d. 18. n. 2.

v. de i. 10. d. 18. n. 2.

v. de i. 10. d. 18. n. 2.

v. de i. 10. d. 18. n. 2.

v. de i. 10. d. 18. n. 2.

